

PSALM. C.III.

*Quam magnificata sunt opera tua Domine omnia in sapientia fecisti:
impleta est terra possessione tua.*

ESAIÆ CAP. XLIII.

*Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum,
et ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni; Da: et Austro; Noli prohibere:
affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ.*

IEREM. CAP. X.

*Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in celo, et eleuat nebulas ab
extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, et educit ventum de thesauris suis.*

NAHVM CAP. I.

*Dominus in tempestate et turbine vie eius, et nebula puluis pedum eius:
Incrèpans mare et exsiccans illud, et omnia flumina ad desertum deduces.*

ECCLESIASTICI CAP. I.

*Arenam maris, et pluuiæ guttas, et dies sæculi quis dinumerauit?
Altitudinem cæli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est?*

ECCLESIASTICI CAP. XVI.

Et vias illius quis intelligit, et procellam quam nec oculus videbit hominis?